



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XXXI. Praeceptum Ludovici Pij de quatuor navibus super Ligerim & alia  
flumina concessis monasterio sancti Germani Autissiodorensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

bonæ memorie Karoli piissimi Augusti in qua erat infirmum quod idem genitor noster & praedecessores ejus, Reges videlicet Francorum, Ecclesiastis sanctæ crucis, cui auctore Deo ipse Theodulfus prælaus est, sub suo munimine & defensione consilere fecerint, & eorum immunitatum auctoritatis ab inquietudine judicaria potestatis eadem munita atque defensio fuisset Ecclesia. Ob reitamen firmitatem postulavit nobis idem Theodulfus Episcopus ut paternum morem sequentes, nostræ immunitatis præceptum eidem fieri censeremus Ecclesia. Cujus petitioni libenter adnimus, & hoc nostræ immunitatis præceptum prodivini cultus amore & anima nostra remedio erga ipsam sanctam sedem fieri decrevimus; per quod præcipimus atque jubemus ut nullus iudex publicus vel quilibet ex judicaria potestate, aut ullus ex fidibus nostris tam præfribus quam & futuris in Ecclesiis aut loca aut agros seu reliquias possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperij nostri iustè & legaliter memorata tenet vel possidet Ecclesia, nec in casis que deinceps à catholicis viris eidem conlatae fuerint Ecclesia, ad causas audiendas, vel feda aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussiones tollendas, aut homines ipsius Ecclesia tam ingenuos quam servos super terras ipsius commandentes distingendos, nec illas redibitiones aut illicitas occasiones requirendas, nostris & futuris temporibus ingredi audeat, nec ea quæ supra memorata sunt exigere penitus præsumat. Sed licet præfato Praefatu siue successoribus res prædictæ Ecclesiæ, cum cellulæ sibi subiectæ & rebus vel hominibus ad se apisciuntibus vel pertinentibus, sub tuitionis atque immunitatis nostræ defensione, remota totius judicaria potestatis inquietudine, quieto ac libero ordine possidere, & nostro fideleri patere imperio, atque pro incolitate nostræ, conjugi, ac prolis, seu etiam totius imperij à Deo nobis collati ejusque clementissima miseratione per immensum conservandi stabilitatem una cum clero & populo sibi subiectæ Dei immensam clementiam jugiter exorare. Et quicquid de præfata rebus Ecclesia jus sibi exigere poterat, in integrum eidem concessimus Ecclesiæ, feliciter ut perperuo tempore in eodem loco Deo famulantibus ad peragendum Dei servitium augmentum & supplementum sit. Hanc verò auctoritatem, ut pleniorum in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris per diurna tempora diligenter conservetur, manu propria subter firmavimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

## XXXI.

*Præceptum Ludovici Pij de quatuor navibus super Ligerim & alia flumina concessis monasterio sancti Germani Autifidorenensis.*

An. 816.  
Ex chartulario S.

**I**N nomine Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante providentia

Imperator Augustus omnibus Episcopis, Abbatis, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centena-  
riis, Teloneatis, Actionariis, vel omnibus tem-  
publicam administrantibus seu ceteris fidibus  
sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris tam præfribus  
quam futuris. Notum fit quia venerabilis Ale-  
geretus Abbas ex monasterio sancti Germani quod  
est constitutum in suburbio Autifidorenis civi-  
tatis, ubi ipse sanctus corpore requiescit, detulit  
nobis auctoritatem avi nostri Pippini Regis &  
Karoli bona memoria genitoris nostri piissimi  
Augusti seu antecellorum nostrorum, Regum  
videlicet Francorum, in quibus continebatur qua-  
liter ipsi ob æternæ retributionis fructum conce-  
sisserint eidem monasterio teloneum de quatuor na-  
vibus quæ per Ligeris flumen seu cetera flumina  
propter sal & cetera commercia discurrebant, un-  
decimque sicut teloneum exigere poterat. Pro fir-  
mitatis namque studio postulavit nobis præfatus  
Alegerus Abbas ut paternum seu antecellorum  
nostrorum Regum morem sequentes, huiusmodi  
auctoritatis nostræ beneficium eidem concedere-  
mus vel confirmaremus monasterio. Cujus preci-  
bus nobis ob amorem Dei & venerationem sancti  
Germani Pontificis & hoc præceptum munificen-  
tiae nostræ firmitatis gratia circa ipsum monaste-  
rium fieri libuit; per quod jubemus atque præcipi-  
mus ut nullus iudex publicus vel quilibet ex judi-  
cari potestate prædictas quatuor naves, quæ per  
fluvium Ligeris vel per cetera flumina infra dictio-  
nem imperij nostri ob utilitatem & necessitatem  
ipsius monasterij discurrunt, ad quacunque civita-  
tes, castella, aut portus, vel cetera loca accessum  
habuerint, nullus ex eis aut hominibus quæas præ-  
vident nullum teloneum aut ripaticum aut portati-  
cum aut pontaticum aut falotaticum aut clispaticum  
aut coenaticum aut passionem aut laudaticum  
aut transaticum aut polveraticum aut illum occur-  
sum vel illum cenfum aut illum redibitionem ac-  
cipere vel exigere audeat; sed licet sit, absque  
alicuius illicita contrarietate vel detentio, per  
hanc nostram auctoritatem naves & homines qui  
eas prævidere debent, cum his quæ deferunt, li-  
berè atque securè ire & redire. Et si aliquas motas  
in quolibet loco fecerint, aut aliiquid mercati fue-  
rint aut vendiderint, nihil ab eis prorsus, ut di-  
ctum est, exigitur. Hæc vero auctoritas ut pleni-  
oriem in Dei nomine obineat vigorem & à fidibus  
sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris verius credatur  
& diligenter conservetur, manu propria subter  
firmavimus & anuli nostri impressione signari  
jussimus. Datum vi. Idus Martii anno Christo  
proprio tertio imperij Domini Ludovici piissimi  
Augusti, Indictione 1x. Actum Aquigrani pa-  
latio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

## XXXII.

*Præceptum Ludovici Imperatoris de immu-  
nitate Cormaricensi canonib[us] & rebus  
sancti Martini.*

An. 816.  
Ex chartulario S.  
I N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri  
Iesu Christi. Ludovicus divina ordinante cle-  
mentia Imperator Augustus. Si petitionibus fet-  
tationis